



Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

... Tomus Divinus und fürnehmlich das Evcharistiale, Das ist: Lehrreiche Predigen Auff verschiedene hohe Fest deß Drey Einigen Gottes/ und Jesu Christi unsers Herrn ...

Barcia y Zambrana, José de

Augspurg, 1720

Censura Et Approbatio Rev.mi Ordinarii Augustani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76523)



CENSURA ET APPROBATIO

Rev.^{mi} Ordinarii Augustani.



*L*audis *Thema specialis*, ut cum Angelico Doctore D. Thoma in Hymno suo de SS.^{ma} Evcharistia loquar, unus instar maximorum Auctorum, qui de isto divinissimo Mysterio prosâ, vel ligata oratione scripserunt, multiplici materiæ varietate *proposuit* Rev.^{mus} Don Barzias &c. in Sacris quondam Hispaniæ Pulpitis decantatissimus Ecclesiastes, & in hoc opere Evcharistico profectò re ipsa id præstitit, quod præactus Ecclesiæ Doctor de vero hujus Mysterij Cultore meritò requisivit: *Quantum potes, tantum aude, quia major omni laude, nec laudare sufficis.* Quapropter etiam Græci ineffabile hoc Sacramentum, quod omnem intellectum creatum transcendit, ac memoriale præcipuum divini erga homines amoris existit, continuis gratiarum actionibus celebrari debere judicârunt, ac proin nomen conveniens *Ευχαριστιαν* imposuerunt, quod bonam gratiam, seu gratiarum actionem indicat. Hanc Auctor Hispana gravitate, interpret Germana sinceritate, utérque suavi quadam violentia rationum, & sermonis eloquentiâ inculcat. Et quoniam huic toti operi nihil inest, quod nasutissimus etiam zoilus quoad doctrinam fidei & morum reprehendere posset, hinc potiùs omnes Lectores utriùque & *Duci* operis, & *Pastori* interpreti, qui oleum & operam omnem pro erudito orbe impendêrunt, *Ευχαριστιαν*, & laudes etiam in prælo hoc publico, cui hisce omnimoda facultas accedit, debent immortales.

Imprimatur H. S.

Ex Vicariatu Augustæ die 13.
Julij 1720.

Joan. Jacob. Episcopus Pergamensis, Cathed. Eccles. Augustanæ
Canonicus Capitularis, Consilii Eccles. Præses, in Pontificalibus, & Spiritualibus Vicarius Generalis.

Joan. Mich. Sembler, SS. Theologix Doctor, Reverendissimi August. Consil. Eccles. & Major Pœnitentiarius, nec non Insign. Colleg. ad S. Maurit. Augustæ Canon. Librorum Censor.

Regis